

tia, tum sensu communi, tum vel maxime propterea quod homo se-
cūs nec laude, nec vitiuperatione dignus esse queat, ab eo stabil-
tum fuisse auctor est Stanlejus.

FATUM DEMOCRITI NON POTES T SUSTINERI.

XXX. *Fatum Democriti nulla ratione sustineri potest.* Impris enim pomuntur atomi improductae, et aeternae, atque ex fortui-
ta earum concursione exorta fuisse corpora mundana, quae omnia a
veritate abhorrent (§§. 21. 22.). Deinde evertitur libertas voluntatis
humanae, quam gravissimis argumentis in psychologia constabili-
liemus.

QUID FATUM STOICORVM?

XXXI. *Fatum Stoicorum est necessaria quedam, ac non inter-
rupta causarum, effectuumque series constituta a voluntate Dei ne-
cessaria ac immutabilis sine ulla ad propensiones, voluntatesque hu-
manas accomodata.*

Schol. De hoc Stoicorum fato mirum quantum eruditorum opiniones
discrepant, quod ego quidem partim solita schola hujus dissen-
sionis (§. 21. log.), partim dubius, et praeceps eorum locutionis
tribendum arbitror. Qui concatenat illam causarum seriem a
Stoicis propagata fuisse docent, testimonio Senecae nituntur
(*De provit.* c. 5.): “Eadem necessitas, inquit ille, et Deum alli-
gat, irrevocabilis divina pariter, et humana cursus vehit, ille
„ipse omnium conditor, ac rector scriptis quidem fati, se sequi-
tur; semper paret, semel jussit”. Horum igitur opinione Stoici
fatuū quoddam extra Deum statuerunt, cui ipsa quoque illius
voluntas subjiceretur. His vetustissimus poeta faciem praetulisse vi-
detur, cuius affatim ita verit Cleero (*De divin. lib. 2. c. 10.*): “quod fore paratum est, id sumnum exspectat Jovem”; cui con-
sonat oraculum Cræsi legati a Pythia editum, ut refert Herodotus
(*Hist. L. 1. c. 91.*): “ne ipse quidem Deus, quae fato decreta sunt,
„effugere potest”. Verum merito creditur, absurdum hanc docu-
rnam, quae ex antiquissima de Parcis, Dīs legē scribenibus, fabu-
la ortum dixit, oppido pascoam fuisse, certe abhorruit ab ea Bal-
dus apud Tullium (*De nat. Deor. L. 2. c. 3.*).: “Non est natura Dei
„præpotens, et excellens, si quidem eas subiecta est ei vel neces-
sitatis, vel naturae, qua coelum, maria, terraque reguntur; ni-
hil autem est præstantius Deo: nullus igitur naturae obediens,
„aut subjectus est Deus”. Abhorruit quoque Zeno, qui fatum
aliud non esse docuit, quam vim naturae secundum eadem motri-
cum, non multum a providentia distantem. Panætius, qui qui fati
nomine Deum; Chrysippus, qui vim spiritualem hos universum
gubernantem intellexit, de quibus consultatur Aulus Gellius
(*Noct. at. tac. L. 2. c. 6.*). Atque inde eruditorum nonnulli in eam
iverunt sententiam, ut putarent Stoicorum *fatum* quod saepius
eruditos appellarent, reapse a Christianorum providentia non di-
screpare, nec quidquam ab illis libertati aut divinæ, aut humanae

adversum traditum fuisse haec opinio in justo Lipsio (*Physiol. Stoic. L. 1. diss. 2.*) praeclarum defensorem; ita in Thomasio (*De existent. mundi Stoic. diss. 13.*) acrem adversarium nata est, hic enim omnes universim Stoicos atqueismi condemnat, quod quidem iudicium non potest non esse iniquissimum. Sunt denique, qui putent Stoicos omnem fati vim in eo repousisse; ut nihil fat sine causa, utque omnia, quæ eveniunt, ex catassis antegressis sequantur, quod alii libertati obesse, alii optimè cum ipsa conciliari, quorun caput Chrysippus erat, autumabant: vid. Stanslejus (*Hi-
stor. phil. t. 2. p. 640.*).

FATUM STOICORVM DEFENDI NEQUIT.

XXXII. *Fatum Stoicorum (q. præc.) definitum defendi nequit*. Hoc quippe non modo cum libertate humana, quam alias vindicabili-
mus, verum etiam cum libertate divina; tum et cum infinita illius per-
fectione, ac absoluta ab omni alio independentia pugnat.

QUAE HUC SIMILIA FATA?

Schol. Dum de Stoicorum fato sermo est, eos praeterire non possum, qui inter Christians et divina prænitione fatus simillimum excipiunt. Utrum hi ignava illa Stoicorum ratione, ut ait Cicero (*De fato* 6. 12.), substituta solum in fati locum aeterna prænitione:
“appellatur enim, ait ille, quidam à philosophis ἡγετοί τοῦτο, cui
„si parameus, nihil est omnino, quod agamus in vita; sic epim in-
„terrogat; si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere; sive tu
„medicum adhibueris, sive non adhibueris, convalesces. Item, si
„fatui tibi est ex hoc morbo non convalescere; sive tu medicum
„adhibueris, sive non adhibueris, non convalesces. Et alterutrum
„fatum est: medicum ergo adhibere nihil attinet”. Ita hi simili-
ter argumentum concludunt: si Deus, inquit, ex omni aeternitate
prænoint fore, ut ex hoc morbo convalescas, sive medicum adhi-
bueris, sive non; convalesces, et sic porro. Ad hos quam proxime
accedere Leibnitium cum suis jam pridem contendunt Newtoniani,
neque istud temere, quid enim vetat ex Leibnitii principiis
ita argumentari? si in se melius est, ut convalescas, Deus id ab aeterno
et cognovit, et elegit: igitur convalesces, sive medicum adhi-
bueris, sive non; item si melius in se est, ut non convalescas, Deus
id ab aeterno novit, et elegit: igitur non convalesces, sive medi-
cum adhibueris, sive non. At alterutrum in se melius est: medicum
ergo adhibere nihil attinet. Jam vero de determinatione Dei ad
optimum eligendum infra viderimus; nun nodus perdifficilis olim
Ciceronis visus explicandus est, claraque in luce constituendum, ex
aeterno Dei prævisione nihil sequi, quod cum voluntatum nostrorum
libertate pugnet, ut adeo necesse non sit vel cum Tullio, et,
qui eam recentioribus temporibus secutus est, Socino Dei prænitionem,
vel cum Calvinio humanam libertatem tollere. Id tam
probe advertendum, non quaeri hic, utrum in Deo futurorum scien-
tia, aut in nobis libertas insit, propriis in locis ista demonstrabu-

itur. Praevisionem solum Dei in se spectatam cum libertate humana optime conciliari posse ostendendum est; in se aspectatam ajo, quo ipso innuere volo, neque de decretis voluntatis divinae sermonem haberi: haec quippe ad sanctorem theogiam pertinent.

XXXIII. "Si actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae, praevisione Dei libertatem humanam minime laedit". Si actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae, tum Dei praevio relinquit homini potestatem sese libere determinandi ad actuonem ponendum; sed si praevisione Dei relinquit homini potestatem sese libere determinandi ad actuonem ponendum, tum praevio Dei minima laedit libertatem humanam, utpote quae in ea potestate consistit: ergo si actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae, praevisione Dei libertatem humanam minime laedit.

XXXIV. "Si non ideo actus ponitur in tempore, quia Deus illum ab aeterno praevidit; sed si potius ideo Deus actum ab aeterno praevidit, vidit, quia is in tempore ponetur, tum actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae". Si non ideo actus ponitur tempore, quia Deus illum ab aeterno praevidit, sed si potius ideo Deus actum ab aeterno praevidit, quia is in tempore ponetur, tum praevisione Dei ad positionem actus nullo pacto requiritur, sed actus ita prorsus ponetur, tametsi per impossibile nulla esset in Deo praevisione, sed si praevisione Dei ad positionem actus nullo pacto requiritur, et si actus ita prorsus ponetur, tametsi nulla in Deo esset praevisione, actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae: ergo si non ideo actus ponitur in tempore, quia Deus illum ab aeterno praevidit, et si potius ideo Deus actum ab aeterno praevidit, quia si in tempore ponetur, actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae.

XXXV. "Non ideo actus ponitur in tempore, quia illum Deus praevidit ab aeterno; sed ideo Deus praevidit actum ab aeterno, quia is, ponetur in tempore". Cum nihil nulli sit scientia, omnis scientiam aliquod obiectum exigit, atque inde non obiectum propter scientiam, sed scientiam propter obiectum est; sed si ideo actus ponitur in tempore, quia Deus illum praevidit ab aeterno, tunc obiectum fore propter scientiam; contra si ideo Deus praevidit actum ab aeterno, quia is in tempore ponetur; tunc scientia est propter obiectum ergo non ideo actus in tempore ponitur, quia illum Deus praevidit ab aeterno, sed ideo Deus praevidit actum ab aeterno, quia is ponetur in tempore. Evidens hoc est in scientiam præteritorum, et præsentium: igitur eodem planu modo de futurorum scientia discurrendum. Vid. Boethius (*De cospol. phil. lib. 5. pros. 4.*).

XXXVI. *Actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae.* Si non ideo actus in tempore ponitur, quia Deus illum ab aeterno praevidit, sed si potius ideo Deus actum ab aeterno praevidit, quia is in tempore ponetur, tum actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae. (§. 34.)

sed non ideo actus in tempore ponitur, quia illum Deus praevidit ab aeterno, sed potius ideo Deus praevidit actum ab aeterno, quia is in tempore ponetur (§. prae.). ergo actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae.

ERABVISO DRI LIBERTATI NOSTRAE NON EFFIGIT.

XXXVII. *Praevisione Dei libertatem humanam minime laedit.* Si actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae, tum praevisione Dei libertatem humanam minime laedit (§. 33.); sed actus a Deo praevius pendet a libera determinatione voluntatis humanae (§. prae.): ergo praevisione Dei libertatem humanam minime laedit.

EXPLICANTUR DUBIA.

Schol. Sunt tamen, quae incantus dubitationem injicere possent; sed non difficiles habent explicatus.

Ajunt t. Actus, qui a Deo praevisi sunt, necessario ponuntur: ergo praevisione Dei libertatem nostram tollit; ant. pr. Actus a Deo praevisi non possunt a nobis omitti: igitur necessario ponuntur.

R. d. ant. Actus a Deo praevisi necessario necessitate consequente ponuntur, c. ant. necessitate antecedente, n. ant. et cons. Rursus ad probationem d. ant. actus a Deo praevisi non possunt a nobis omitti potentia consequente, c. ant. potentia antecedente, n. ant. et cons. Duplex in causis liberis agendi necessitas dari potest; una, quae liberam ipsarum determinationem antecedit, ut cum quis vinculis constringitur, aut ab equo raptatur: altera quae cum liberam determinationem consequitur; ita qui se determinat ad ambulandum, necesse est, ut pedes moveat, domo egrediatur. Illa libertati officit, haec minime. Cum igitur actus a Deo praevius nihilominus a libera hominis determinatione pendeat, manifestum est, necessitatem, quae ex aeterna Dei praevisione profuit, esse solum consequentem; immo eam non tamem praevisione Dei, cum hominis determinationi tribuenda esse, cum fieri nequeat, ut id homin non agat, ad quod ipsa se libere determinat. Atque quoque patet ratio alterius distinctionis: nempe potentia similiter antecedens alia, alia consequens cogitari potest, illam habeo ante meam liberam determinationem, et ope illius libere me determino ad hunc, vel illum actum ponendum, vel non ponendum: hanc habeo, si possem omittere actum, ad quem me libere determinavi, seu, reipse, si possem actum cum non actu compondere: quod cum absolute fieri nequeat, patet potentiam hanc consequentem ad libertatem nequaquam requiri. Nam vero praevisione Dei potentiam antecedentem nobis non admittit: cum enim ipsa sit propter meam determinationem liberam, seu ab ea pendeat ea non modo hanc determinationem, sed et potentiam, quae hanc antecedit, intactam relinquit. Quod igitur actus a Deo praevius omitti nequeat, id inde proficietur quod nequeamus actus simili ponere, et omittere, unde si praevisione Dei aliquam nobis potentiam

auster, ea consequens est, non antecedens. Neque vero abest, *eo certo, et determinate futura esse*, quae Deus praenovit, magnum enim disserim intercedit inter veritatem determinatam, et necessariam. *Quod necessario futurum est, id ita est futurum, ut absque contradictione non possit non esse futurum; quod autem determinate solum futurum est, id ita est futurum, ut in se non repugnet, quo minus non futurum sit.*

2.) *Si actus a Deo praevius aliqua posset ratione omitti, ipsa Dei praevisionis falli possit; atqui hoc vehementer absurdum est; igitur nulla ratione actus a Deo praevius omitti potest.* *M. p.* Si actus a Deo praevius actu omittetur, actu falleretur praevisionis Dei; igitur etiam si actus a Deo praevius aliqua ratione omitti posset, praevisionis Dei falli possit.

R. d. *M.* Si actus a Deo praevius aliqua posset ratione omitti *pro sensu composito* praevisionis divinae, ipsa Dei praevisionis falli possit, c. *M. pro sensu diviso* praevisionis divinae, n. *M. c. m.* et eodem modo d. *cons.* Praevisionis tum solum fallitur, quando coniungitur cum omissione actus, quem praevisione dicunt. Jam vero cum praevisionis Dei de actu sequatur liberam hominis determinationem, nonquam eveniet, ut ipsa cum omissione actus consocietur. Poterit equidem homo potentia antecedente actu omittere; et eo ipso alter se determinabit; et alter se determinando efficiet, ut praevisionis de omissione actus in Deo sit. Si homo posset potentia consequente actu omittere, posset omnino praevisionis Dei falli; at, cum non extet potentia ad actu simili, et eius omissionem, haec absolute fieri nequit. Potest igitur homo omittere actu, non quidem *pro sensu composito* praevisionis divinae, id est, prout is jam a Deo praevisionis ponitur, sed tamen *pro sensu diviso* ejusdem praevisionis, id est, potest praevisionem Dei impetrare, ac efficiere, ut haec praevisione numquam in Deo fuerit. Accipe exemplum ab homine, quem ambulante coram intueris, nonne fieri nequit, ut non ambulet, cum in ambulante videas? at estre, propterea minus liber? nonne ambulationem intermittere potest, eaque intermissione, ne a te ambulans conspicias? inde prona fuit ad alterum responso. Si actus praevisionis actu omittetur, id feret potentia consequente determinationem hominis ad actu, et praevisionem Dei inde pendenter, ac proinde haec praevisionis de actu ponendo coniungere cum illius actus omissione, quo ipso falleretur: ab opposito, cum dicimus actu praevisionis omitti posse, id intelligentius de potentia antecedente, quemadmodum supra dictum est, quod fit, ut praevisionis Dei non fallatur, sed impediatur. Verum contra urgunt.

3.) *Praevisionis Dei per actus omissionem impediri nequaquam potest, est enim ea hac omissione prior.*

R. Negato assertio, rationem adjectam d. praevisionis Dei est prior tempore ipsa actus omissione, vel ipso actu, et simul ab hoc pendens, c. prior natura n. Praevisionis Dei non est natura prior, quia

huius est causa actus, nec ad illum efficiendum ultra ratione concūr^t. *Fil.* (ont. §. 145, sch. 2.) Est tamen prior tempore, cum ob suam Dei perfectionem, ac immutabilitatem ab aeterno in Deo insit; verum hoc non obstat, quo minus per ipsam actus omissionem impeditur queat. Et ratio est: quia ipsa haec Dei praevisionis, licet tota aeternitate prior actu, ab eo tamen velut suo objecto penderet, quare sublatu objecto ipsa quoque tollitur. Immo cum non tamen actus quodcum suum esse physicum, quam quodcum suum esse logicum praevisionis divitiae objectum, et quidem aequis aeternum, ac ipsa, sit, facile patet, quomodo subsidiu hujus status logici aeterna Dei praevisionis impeditri posset. Adverte igitur: Titius nunc disputet: haec disputatio ab aeterno era futura, sive ut ajunt, ab aeterno habuit suam futuritionem formalem, quatenus haec praepositio. *Titius hoc tempore disputabat, in se semper vera fuit, et ab intellectu dividit a tota aeternitate cognosci et ponit, et debet. Jam vero si Titius nunc non disputaret, efficieret utique, ut haec veritas ab aeterno data non fuissest (ideo quippe solum dabatur, quia actus in tempore certo, tamen si liberamente ponendus erat), immo ut data fuissest opposita, atque adeo efficeret illis statu, ut pendens ab haec veritate praevisionis Deo non existisset, sed potius opposita de omissione nimisrum actus. Universim igitur praevisionis Dei per actum omissionis non quidem *intendat*, sed tamen *mediante* nimisrum statu logico *impeditri* potest.*

4.) *Quod futurum est ex hypothesi antecedente determinationem voluntatis humanae, illud non est liberum futurum, sed quod futurum est ex hypothesi praevisionis divinae, illud futurum est ex hypothesi antecedente determinationem voluntatis humanae; ergo.*

R. d. *M.* Quod futurum est ex hypothesi antecedente determinationem voluntatis humanae tam ut existentem, quam ut futurum illud non est liberum futurum, c. *M.* tantum ut existentem, et non simul ut futurum n. *M. sic d. m. n. cons.* Licit determinatio voluntatis humanae non ab aeterno exititerit, fuit ea tamen ab aeterno futura, habuitque suum esse logicum, atque ideo etiam fuit illa objectum aeternorum praevisionis divinae nostro cogitandi modo ipsa prius. Hinc autem confitetur hanc Dei praevisionem praedere determinationem voluntatis humanae re ipsa existentem tempore, non natura determinationem vero eandem, ut futurum; si-
ve logico negque tempore; cum ambae simili aeternae sint.

QUAE ETIAM ASTROLOGICUM?

XXXVIII. *Fatum Astrologicum, sive Genethliachum est absolute rerum omnium, ac eventuum necessitas ex coeli, siderumque situ et immutabile eorumdem actione oriunda.*

QUAE ETIAM ORIGO?

Schol. Fati hujus originem ita depinxit Tullius (*Dé div. l. i. c. 1.*): *Principio Astyrris, ut ab ultimis auctoritatem repeatam, propter planitatem, magnitudinemque regionum quas incolebant,*

cum coelum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, trajectiones, motusque stellarum observaverunt, quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriae proilderunt. Quia in natione Chaldaeorum non ex artis sed ex gentis vocabulo nominati, diuina observatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut praedicti posset, quid cuique eventurum, et quo quisque fato natus esset. Idem subinde a nonnullis ex Stoicorum, tam et Platonorum juniorum familia adoptatum, et praescriptum a Plotino, Simplicio, ac Origene exornatum fuisse Cudworthus auctor est: (*Syst. Intell. c. 1. t. 2.*) verum hi postremi moderatione quadam usi docerunt, non quidem coelestia signa vim quamdam hominibus inferre; at Deum, qui futura omnia praenoverit, ita ad ea siderum cursus ac motus multipliciter accommodasse, ut ex his illis certas divinationes conjecturae fieri queant. Animadversorem memoratu degnissimam hoc loco adferit Mosheimus: nota imprimitus vetustissimi populis persuasum fuisse, Daemones, sive Deos inferiores in sideribus habitare, eorumque cursus moderari, quam opinionem Pythagorae temporibus id est Italois pervenisse putat, cum eorum aliqui philosophum hunc velut unum ex his, qui lunam incolunt, Daemonibus venerari sint, quod Jamblychus testatur; tunc fidem nationem non minus certam fuisse sententiam, resumans Dii curae esse. Atque ex his ita concludit: *Junge haec duo: Dii rebus humanis provident, et astra sede sunt Deorum; nec quaeres, ut arbitrari, amplius, unde ad insanam hanc opinionem antiquissimae gentes delapsae sint: astrorum lege, aviriuite, quae sunt, universa fieri.*

FATUM ASTROLOGICUM NULLUM EST.

XXXIX. *Fatum Astrologicum fatuum, et commentitium est.* Vel enim eventus si solum, qui ab arbitrio nostro non pendent; vel si quoque, qui liberis voluntatibus subdiciuntur, ab astrorum actione, certaque positione proficiunt: hoc alterum esse nequit; laederetur enim libertas nostra tot argumentis demonstrata; neque ulla omnino inter voluntatis nostras determinationem, et astrorum situm conexio cogitari potest. Sed neque primum: novimus enim omnium eorum, quae in tellure nostra eveniunt, rationes sufficientes, et causas efficientes in eadem repertiri, unde non est, cur ad siderum aspectus configuntur: turpe certe est philosophi relicitis certis dubiis causas communisci. *Fatum* igitur est ex certa siderum positione de futuri rerum eventis, de virtutibus, vitiis, honoribus, dignitatibus; ipsorum denique vita, mortisque genere, et tempore divinare velle. *Schol.* Ineptam hanc delirantium animorum persuasionem egregie refutavit Tullius Panattii Stoicorum principis nomine (*Dedi. l. 2. c. 43. seqq.*) *O deliberatione incredibili!* non enim omnis error stultitia est dicenda. — Etiam cum, ut ipsi dicunt, ortus nascentium luna moderetur, eaque animadventient, et notent sidera natalitia Chaldaei, quaecumque lunae juncta

videantur, oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quae ratione, atque animo videre debebant. *Docet enim ratio mathematicorum, quam ists notam esse oportebat, quanta humilitate feratur luna terra paene contingens; quantum alit' a proxima Mercurii stella, multo autem longius a Veneris.* Reliqua vero tria intervalla infinita, et immensa a Sole ad Martis, inde Jovis, ab eo ad Saturni stellam, inde ad coelum ipsum, quod extrellum, atque ultimum mundi est. *Quae potest igitur contagio ex infinito poene intervallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram?* — *Quid? quod uno, et eodem temporis puncto nati dissimiles et naturas, et vitas, et casus habent; parumne declarant, nihil ad agendum vitam nascendi tempus pertinet?* — *Quid? illudne dubium est, quin multi, cum ita nati essent, ut quedam contra naturam depravata haberent, resurrexerint, et corrigentur ab natura, cum se ipsa revocasset, aut arte, atque medicina?* Aut quorum linguas sic inhaerent, ut loqui non possent; eae scalpelis resectae liberarentur? Multi etiam natura ex virtutin meditatio, atque exercitatione sustulerunt, ut Demosthenem scribit Phaleretus, cum e dicere nequeret, exercitatione fecisse, ut planissime diceret. *Quod si haec astro ingenerata, et tradita esset, nulla res ea mutare posset. Quid? dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreations habet?* Quas quidem percurrere oratione facile est; quid inter Indos, et Persas, Aethiopes, et Syrii dissenserit corporibus; nimis, at incredibilis varietas, dissimilitudo quoque sit: *Ex quo intelligitur, plus terrarum situs, quam lunae tractus ad ascendendum valere,*

QUID SATUR PANTHEISTICUM?

XL. *Parum Pantheisticum est necessitas absoluta omnium rerum promianas ex ipsa natura substantiae divinae, quae eadem est cum substantia totius universi;* ita enim Spinoza Pantheistarum facile princeps (*Eisch. c. 2. prop. 25.*): *Ex necessitate divinae naturae infinita infinitis modis, hoc est, omnia sub intellectum infinitum cadere possunt, sequi debent.*

Schol. Opinio minima absurdissima eorum, qui totum hos universum Deus esse statuant, *Pantheismus* vocauerit: est ea perversta, et vulgo Xenophanes Eleaticae sectas principi tamquam auctori tribuitur; cum enim ex nihilo nihil fieri posse arbitrarentur, eo tandem de lapsu est, ut unicam diceret substantiam esse, eamque incrementatam, infinitam, mundam denique simul, et Deum. Neque cum parente suo monstruosus hic fies interiit, sed a successoribus quoque Parmenie, quem famen alii ab hac labo parum pronunciant (*vid. §. 25. log.*), Melissos, et Zenone Eleate emntrium, quin et ad Pythagoracos, et Stoicos transvissus scribit Buddeus (*Diss. de Spinoz. ant. e Spinoz.*, item de Athetismo, et superst. c. 1.), Stoicos certe fuit Seneca (*Qq. nat. l. 2. c. 45.*), cuius haec est doctri-

*na: Est, ex quo nata sunt omnia, cuius spiritus vietus; vis illum vocare mundum, non fallietis; ipse enim est totum, quod vides: totus suis partibus inditus; et se sustinet vi sua. Stoicos fuit Cato, qui ita apud Lucanum (De clam. l. 7.) esclamat: Jupiter est: quodcumque vides, quocumque moreris. His quidem Limes postarum velutissimus praefuisse videtur notissimum illo versu: *Ex aere, re nava, sal, ex parte, ratis;* ex universo omnia, et ex omnibus universum est, sed nemo impio Spinoza magis posserat hanc doctrinam exornavit, quam securus est Johannes Tolandus Hibernus edito anno 1729. libro, quem *Pantheticum* inscriptis, Benigna tamen Numinis providentia contigit; ut neuter aut multo, aut nominis aliquicis sectatores, sed adversarios, potius longe plurimos, et doctrina prestantes nactus sit. Spinoza praeter alios refutatorum Henricus Morus in subversione columnarum atheismi Spinozianorum; Huetius in *demonstratione Evangelica*, Jaquelotus *dissertationis sur l'existence de Dieu*; Wittius in *Anti-Spinosa*; Franciscus Lamy *le nouvel atheisme renverse*; Denique omnium maxime aperta dogmata repugnantia, et absurditate se ipsum Spinoza confutavit. Tolandi impetas refellerunt Elias Benoist, Clarkeius, Stillingfleetus, et mbito accuratissime Laurentius Mosheimius in *vindictis antiquae Christianorum disciplinae contra Tolandom*.*

FATUM PANTHEISTICUM IMPIUM EST.

XLI. *Fatum Pantheisticum impium est.* Imprimis enim Deus, qui verbi ponitur, reapse tollitur, statuimus quippe Deus materialis ex partibus compositus, ac diversarum modificationum capax, quo ipso negatur esse ens infinitum, necessarium, immutabile, ut ex ontologia patet; quea tamen omnia essentialia sunt Dei, attributa, quemadmodum in theologia demonstrabitur. Deinde si res omnes per emendationem ex Deo proficiunt, illiusque modificationes sunt, tunc homo scelestissimus, et quodcumque corpus aliud non est, quam Deus certo modo se habens; quae quam absurdia sint, nemo non videt. Denique tollitur hoc in systemate omnis rerum contingencia, omnisque hominum libertas; sublatâ enim causâ primæ libertatis fieri nœquit, ut ultra causa secunda libera sit (conf. §. 23.).

EXAMEN PROPOSITIONIS QUAE FUNDAMENTUM SUNT SYSTEMATIS SPINOZIANI.

Schol. Juvat aliquas propositiones, in quibus tamquam fulcris totum sistema Spinozianum innititur, scorum in examen vocare, ut perspecta earum infirmitate appareat, quam male materiatum ipsum aedificium sit.

Ethica p. i. dif. 3. *Per substantiam intelligo id, quod in se est, et per se concepitur; hoc est, cuius conceptus non indiget conceptum alterius rei, a quo formari debet.*

Si illud in se est significet per se existere, et non egere ad existendum subiecto inhaesionali, verissimum est enunciatum; at si noet a se existere, falsissimum; quis enim dabit sine probatione, et

contra omnium philosophorum doctrinam sumentis, substantiam rite definiri per ens a se. Jam vero hoc alterum voluisse Spinozam patet ex propositionibus 7.ma, et 8.va, quas inde deducit: *ad naturam substantiae pertinet existere; omnis substantia est necessaria infinita.* Rursus, si illud, cuius conceptus non indiget conceptum alterius rei, a quo formari debet, denotaret solum substantiam in se spectatam, quatenus est substantia, ad aliud non referri, et excludere ideam relativam nihil a veritate alienum dixisset; at non hoc volunt, verum istud substantiam, quo demum cumque modo spectetur, non referri ad alterum, nec quasi ad subiectum, nec quasi ad causam, inde enim fluit propositionis 6.ta: *una substantia non potest produci ab alia substantia.* Hoc vero iterum preclaro sumitur: nam ens substantia sub uno respectu per ideam absolutam repräsentetur, nihil tamen obstat, ut non etiam sub alio respectu per ideam relativam conceplatur, quemadmodum quovis artefactum in se non est absolutum, et compare ad artificem relatum, nec ullo modo ratio effectus cum ratione substantiae pugnat. En argumentum firmissimum, super quo ipse totum systema extrixit, quemadmodum Euclides super definitione puncti et suae geometriam. Pergamus porro.

Prop. 5.ta *In rerum natura non possunt dari dues, aut plures substantiae ejusdem naturae, sive attributi: quare? Quia eadem attributa, cum essentiam substantiae efficiant, eamdem efficiunt substantiam.*

Est, inquit Baylius (*Dicit. histor. et crit. ori Spin. item P.*), *hic Spinoza Achilles, totiusque edifici fundamentum; idem tamen perridiculum sophismus, ut pudeat logicae tirones eo capi.* Quicunque philosophiae rudimenta tradunt, inter prima praeccepta suis docent: quid haec sibi velint, genus, species, individuum. Distinctiones igitur eisdem numero attributi nodus solvuntur. Nec est, cur haec responsione risus recipiat Spinoza; non esse certe, est, ut ipse, cum de modificationibus suis agit, eadem titutur. Homo, ut ipse philosophatur, est modificationum divinae substantiae ens aliqua; Socrates, Plato ejus sunt individua: an non eadem attributa in Socrate, et Platone? Anno propterea Socrates, et Plato unus, idemque homo? Audiamus, jam ex falsis principiis adhuc allactis deductum theorema falsissimum scilicet. Propositione 14.ra ita sonat: *Praeter Deum nulla dari, aut concepti potest substantia.* Nam sic demonstrat: *Cum Deus sit ens absolute infinitum, isque necessario existat, si aliqua substantia praeter Deum daretur, ea explicari debet per aliquod attributum Dei, cum nempe substantia infinita infinita habeat attributa, siue duas substantias ejusdem attributi existenter, quod (per prop. 5.) absurdum est: adeoque nulla substantia extra Deum dari potest, et consequenter non etiam concepti, nam si possit concepti, debetur necessario concepi, ut existens (prop. 7.) atque hoc per primam partem hujus demonstrationis*

absurdum est: ergo extra Deum nulladari, neque concipi potest substantia. Verum imprimis contra pugnant ea, quae supra contra propositionem 5.iam adducta sunt. Deinde cum propositione 7ma hic laudata, utpote fluens ex perversa definitione substantiae, itidem falsa sit, verum esse nequit id, quod ex illa concluditur, nullam nempe praeter Deum substantiam concipi posse: igitur absolute a vero abhorret, praeter Deum nullam substantiam nec existere, nec concipi posse, quod systematis capit est.

Sequitur propositione 15.ta. Quidquid est, in Deo est, et nihil sine Deo est, neque concipi potest. Huc pertinet definitio 5.ta. Per modum intelligo substantiae affectiones, sive id quod in alia est, per quod etiam concipiatur. Demonstratio. Praeter Deum nulladatur, neque concipi potest substantia (per prop. 14.), hoc est, res, qua in se est, et per se concipiatur (def. 3.). Modus autem (per def. 3.) sine substantia nec esse, nec concipi possunt. Atque praeter substantias, et modos nihil datur; ergo nihil sine Deo esse, neque concipi potest. Imprimis desideratur veritas majoris enunciacionis; est enim ipsa propositione 14.ta, quam falsam esse supra ostendit. Tum definitio modi ab homine eato statuta merito suspecta esse potest. Est quidem modus illud, quod in alio est, ita nempt, ut sit alterius determinatio, et ab eo veluti subiecto inhaesione in existente pendaat. Verum in alio esse alios quoque sensus admittit. Cum Deus ob suam immensitudinem omnibus rebus intime praesens sit, omnes res in Deo esse aliquo ratione dici possunt: propterea tam modi substantiae divinae nequaquam sunt, quod Spinoza vult; neque enim sunt determinatio Dei, neque ab eo veluti subiecto inhaesione in existendo pendent, sed in eo solum sunt, quatenus ipsi intime praesentes sunt, sicut ipse illis.

Transamus ad partem 2.dam Ethics. Propositione 1.ma. Cogitatio attributum Deiest, sive Deus est res cogitans. Propositione 2.da. Extensio attributum Dei est, sive Deus est res extensa.

La tandem praeclarum Spinacae Deum, quem rectius monstrum dixeris! Deus est substantia unica, aeterna, individua (per prop. 13. p. 1.), cuius attributa sunt infinita cogitatio et infinita extensio: res omnes alias nihil sunt aliud, quam infinitas hujus cogitationis, et extensionis modi, qui ex naturae necessitate hujus substantiae secundum necessarias pariter leges efficientur. Id vel retulisse refutasse est: conceptus enim hic aliud non est, accollectio idearum confusarum, indeterminatarum: precario confitarum, ac denique secum pugnantium. Pugnat certe extensio realis infinita (ont. §. 21.); pugnat extensio cum indivisibilitate (ont. §. 18.); pugnat extensio cum infinitate (ont. §. 234.); et aeternitate (ont. §. 18.1.cor. 3.); pugnat extensio cum notione substantiae (ont. §. 17.3.); pugnat extensio cum cogitatione, ut phychologia demonstrabitur: pugnat naturae necessitas cum libertate, quae, utpote vera realitas, est attributum entis infiniti. Sed nolo in re aperta esse longior. Ne-

que vero quemquam moveat methodus geometrica, qua impius hic, et philosophi nomine indignus abusus est; si enim quis primo definit circulum constare quatuor lateribus, facie inde formabit systema elegantissime conexum, cuius tamen omnes propositiones longissime a veritate distabunt (conf. §. 149. sch. log.).

C A P U T IV.

De Corporibus, corumque Elementis.

QUID CORPUS?

XLII. Corpus voco omne ens compositum, quod partem hujus mundi aspectabilis constituit.

Coroll. Quae ergo cumque de ente composite, in ontologia disperse dicta sunt, corporibus quoque convenient.

Schol. Plura quidem ad notionem corporis requirunt physici, qui fere illud per enumerationem proprietarum cum a priori, tum a posteriori cogitare non tam definiunt, quam describunt, intima enim eorum indoles perquam obscura est. Sed haec quoque illis relinquendam censeo.

QUID CORVERUM ELEMENTA?

XLIII. Elementa voco illa corporum initia, ex quibus ea primo coalescent, et ad quae in corundem resolutions ultimo demum cogitando perveniunt.

Schol. Ad cogitandum; et si enim stupenda sit corporum divisibilitas, ut physici norunt, certum tamen est, nos ad eorum initia um ob instrumentorum inopiam, nostrorumque sensuum infirmitatem, tum fortassis etiam propter obstantem quandam naturae legem reapse pervenire non posse. Investigatio igitur elementorum non ad experientiam, sed ad rationem pertinet; perperam vero agunt illi, qui aut nos de illis nihil scire posse, aut totam hanc pertractionem omni carere utilitate more sive velut ex tripode pronunciant.

IN CORPORIBUS SUNT SUBSTANTIÆ: — AC PROINDE ENTIA SIMPLICIA —
QUAE SUNT IPSA ELEMENTA.

XLIV. In quovis corpore insunt substantiae. Cum quidquid existit, substantia sit, vel accidens (ont. §. 125. cor. 1.), necesse est, ut si in corpore nulla insit substantia, omnia in accidentium numero habeantur, ac proinde, ut corpus sit collectio accidentium sine substantia; utique hoc aperte repugnat (ibid. cor. 3.): igitur in quovis corpore insunt substantiae.

XLV. In quovis corpore insunt entia simplicia. In quovis corpore insunt substantiae (§. praco.); sed omnis substantia est ens simplex (ont. §. 17.8.); ergo in quovis corpore insunt entia simplicia.

Schol. Poterat idem theorema ex notione quoque entis compositum, quae cuivis corpori convenit (§. 42.); adjuvante (§. 177. ont.), demonstrari.

XLVI. Elementa corporum sunt entia simplicia. Cum in quovis corpore extent entia simplicia (§. praec.), necesse est, ut cum in eis resolutionis ad ea perveniret, omnis ulterior progressionis sistatur; igitur entia simplicia sunt illud in corporibus, ad quod ultimo in eorumdem resolutione cogitando saltem perveniri potest; atque istud proprium est elementorum attributum (§. 45); ergo entia simplicia sunt corporum elementa.
Coroll. Quae igitur de ente simplice generatim in ontologia dicta sunt, elementis quoque corporum convenient.

QUAE DE HIS PHILOSOPHORUM OPINIONIBUS.

Schol. Diversas sunt de elementis corporum philosophorum opiniones; nonnulli cum Democrito, Epicuro, et Gassendo atomos inseparabiles varia magnitudine, et figura praeditis statuant. At vero atomos ea vel constat ex partibus realibus, vel non? Si illud; elementum nomen non meretur; non enim erit primum corporis infinitum, nec ultimum ad quod in resolutione corporum cogitando devenerit, si quidem ipsa in suas adhuc partes resolvi poterit: si ho- neque gaudere extensione, magnitudine, figura (oni. §. 188. cor. 2. 189. cor. 3.). Atomos id genus simplices quidem, at extensas simul, et figuris olim puncta inflata vocarunt. Aristotelici non alii agnoscunt elementa, quam proclamant suam materiam primam, quam massam quandam informem, continuam, ac in infinitum divisibilem esse putant; sed de haec rursus quaestio reddit, unde ipsa confitetur? Taceo de divisibilitate in infinitum, quam repugnare infra ostendam. Alii cum Zenone ad puncta simplicia, sed mathematica, quae ab auctore suo Zenonistica dicta sunt, configurant, verum risum movit haec opinio sapientioribus, puncta enim mathematica potuerunt fortasse initia esse corporis mathematici; physici certe non Leibnitius, cum omne ens simplex monadem vocet, idem nomen corporum elementis imponuit. Erat olim vocabulum hoc Pythagoreis in frequenti uso, notatum unitatem; postulat enim Leibnitius, ut nobis corpus representemus velut numerum valde compositum, quod, quemadmodum omnis numerus ultimo in monades, seu unitates, ita corpus quoque in monades, seu entia simplicia resolvantur. Verum in natura, ac proprietatibus monadum definendi singularis est Leibnitii opinatio, quae paucos admodum defensores, plurimos contra hostes in ipsa Leibnitianorum familia inventit; neque enim Wolffus ipse hoc suum esse dogma voluit, tametsi reliqua illius fere omnia adoptaverit. Quae jam vero ista sit, apud Baumeisterum accuratissime adnotatum invenio; audiamus (Cosmol. §. 454. schol.).

Postquam de vocabulo monas pluribus disseruistet, addit: *Ex his colligi nunc potest, cur Leibnitius quatuor monadum constitut classes. In prima classe ex ipsius sententia colloccatur Deus, qui ob simplicitatem seu immaterialitatem suam vocatur monas, quaque distinctissima omnium rerum cogni-*

De Corporibus, eorumque Elementis.

167

*tione gaudet. Ad alteram monadum classem refert Leibnitius animas hominum rationales, quae non clara molle, seu distincta ratione rerum gaudent, et representantur. Ad tertiam classem pertinent animae brutorum, quae claris quidem, sed confusis ideis sicut instructae. Quartam denique et ultimam classem constituant ultima; et simplicissima corpora elementa, quae, ut dizi, Leibnitio sunt monades stricte, et *ex se* sic diciae, quaeque ex Leibnitio sententia hoc universum sibi obscure representantur. Speciatim illi monadibus, quae ad ultimam pertinent classem, quaeque ipsa sunt corporum elementa, Leibnitius tribuit quedam, quae, nescio, an firmi satius nitantur fundamento, quaeque adeo dici non potest, quam rehenerent sint impinguata. 1.) Existimat Leibnitius has monades, sive entia simplicia, ex quibus entia composita constent gaudere vi representationis, atque ipsum hoc universum sibi representare obscurare. 2.) Hinc illa vocat viva specula hujus universi. 3.) Affirmat Leibnitius, in monadem creatam fornicatus esse substantiam, nec accidens ingredi posse. Adeoque 4.) existimat omnes mutationes in monadibus creatis, et via a principio interno, et vi intrinseca preficisci. Hinc 5.) appellat monades Enthelias, propter ea quod in se habent certainam quendam perfectionem, et proprietatis et detur quaedam in iis sufficiencia, ut cuius sint actiones suarum internarum fontes, adeoque automata incorpore. 6.) Unde porro concludit Leibnitius, nullam monadem creatam, sive derivativam physice influere posse in interioris alterius monadis creatam. 7.) Optimatur Leibnitius, omnes monades creandas gaudere determinationibus, et qualitatibus inseparabilibus, quibus a se invenient distinguiri possint. 8.) Nullam item monadem creatam in rerum universitate alteri monadi creatae per omnia similem existere autem. 9.) Affirmat monades, quae sunt corporum elementa, nullam quidem habere apperceptionem, cum perceptione conjunctam, sed eam tamen perceptionem, licet sit obscura, et careat apperceptione, sive conscientia sui, perpetuo rendere ad novam perceptionem, adeoque gaudere illas monades appetit. 10.) Ut Leibnitius, quales sint representationes entium illorum simplicium, sive monadum, quae constituant entia compita, sola cudentis cutent, vocal statum perceptionum illarum stuporem. Qualis status animae nostrae est, cum vel deliquio animi laboremus, et sonno profundo absque sonno oppressi sunus.*

ESSENTIA CORPORUM SITA EST IN NEXU ELEMENTORVM?

XLVII. Corporum essentia sita est in certo, ac determinato modo, quo elementa inter se copulantur. Etenim universe entis compositi essentia sita est in certo, ac determinato partium nexu (ont. §. 171.); sed corpora sunt entia composita ex elementis tamquam

partibus ultimis (§. 43.): ergo corporum quoque essentia in certa, ac determinato modo, quo elementum inter se copulantur, sita est.
Coroll. Cum in essentia entis fundetur, quaecumque enti vel convenient, vel convenire possunt, consequens est, ut in elementis, eorumque sexu ratio continueatur omnium eorum, quae in corpore vel insunt, vel inesse possunt.

Coroll. 2. Nos neque nexus, neque intima elementorum constitutio-
nem perspicere possumus: igitur neque essentia, et veram corpo-
rum indolem perfecte intelligere licet.

QUDI CORPUSCULA PRIMITIVA, ET DERIVATIVA?

XLVIII. *Corpuscula* sunt composita adeo exigua, ut sensus etiam
armatos efficiant, quae si immediate ex elementis coalescant, atque
in eadem resolvantur, *primitiva*: si autem ex his ipsiis confundentur,
derivativa discutuntur. Ex derivatis porro vario modo inter se co-
haerentibus corpus tandem *sensibile* oritur.

Coroll. 1. Species igitur, ac diversitas corporum sensibilium jam in
corpusculis primitivis determinata est, pendente a determinato
elementorum *nexus*, et certi virium ipsius insituarum conspiratione
inde oriunda.

Coroll. 2. Si plura corpuscula primitiva eisdem speciei in unum cor-
pus coalescent, erit illud *homogeneum*; *heterogeneum* contra, si
ea sint diversarum specierum, ut in corpore humano contingit.

NEXUS ELEMENTORUM NON FIT PER CONTACTUM.

XLIX. *Nexus elementorum non fit per immediatum contactum*
Cum enim elementa sint entia simplicia (§. 46.), necesse est, ut lo-
co congruent, et compenetrantur, quam primum ad contractum per-
venerint (§. 192.), sed ex elementis; quo cum ea sint, compen-
tratis nec unicum corpusculum primitivum, utpote, compositum ex-
tensem, effici potest: ergo nexus elementorum, ex quibus corpuscu-
lum primitivum coalescit, per immediatum contactum fieri nequit.
Coroll. Necesse igitur est, ut elementa, dum corpusculum quoddam
primitivum constituunt, singula a singulis distent, et tamen inter-
se cohæreant.

Schol. Hac una certa ratione, quam Boscovichio debemus quaestionem
de corporum compositione tota scutulis agitatae numquam tamen
enotatae et planissime, et abundanter satifit; quidquid enim ad-
huc allatum fuit, id erat ei summodi modo nodum non solvere, sed
novos potius, ac insolubiles progenerat. Fuerunt qui ad atomos
simplices, ea extensas, aut ad infinitum materiae divisibilitatem
recurrent; et ad extensio simplex, numerus partium infinitus; quan-
ta absurdia! haec tamen devorare oportebat. Fuerunt, qui in di-
versis respectibus ejusdem puncti simplicis, ad cardines mundi sa-
litem quadrant, ac dicere punctum simplex tangit ab aliо simplice
secundum respectum ad orientem, non vero secundum respectum
ad occidentem, ac propterea eadem non compenetrari est omnino
nihil dicere, quid enim? respectus, qui punto extremus est com-

De Corporibus, eorumque Elementis.

169

penetrationem impedit? nonne totum simplex simili et orientem,
et occidentem, et meridiem, et septentrionem respicit? Novissime
Bohemius (*Cosm.* c. 2. §. 545. not.) contactum summam pro-
quinquaginta elementorum substituit, fassus tamen se ignorare,
quid ea sit, vel in quo consistat; at hoc est ignotus illustrare, et
difficiliter ab uno ad aliud transferre. Illud denique, quod Leib-
nitianum ab substantiarum impenetrabilitate essentiali petunt qua-
le sit, vidimus (ont. §. 192. sch. fn.) et rursus infra discutiemus.

ELEMENTA VIM HABENT -- RUMQUE MOTRICEM -- SED NON LIBERAM -- QUAE
PRONDE NON AGIT NISI DATA DIRECTIONE, ET Celeritate.

L. Elementa vi quadam possunt. Elementa, cum corpusculum
primitivum constituant, a se distant, et tamen cohaerent (§. prae-
cor.); ergo vis quadam adiut oportet quae eam cohaesione in ce-
teris distantiis officiat: sed vis haec esse, nisi in ipsis elementis ne-
quit; cum enim agitur de corpusculo primitivo, praeter elementa,
et spatium vacuum nihil adest, nisi quis vel ad naturam universalem
genitricem infra refutandum, vel ad immediatam Dei actionem, quod
non est philosophari, recurrere velit: ergo elementa vi quadam pol-
lent.

Coroll. Elementa igitur non sunt puncta mathematica, seu zenoni-
stica; sed physica, et realia.

LII. Vis elementorum est tantum vis motrix. Non habemus al-
terius vis ideam; nisi vis cogitandi, et vis motris (ont. §. 192. sch.):
alterutra igitur, vel ultraquam elementis tribuenda est, cum tribuenda
sit aliqua (§. praece.): atque nulla prorsus ratio suadet inesse in ele-
mentis vim cogitandi, sed potius plures rationes in contraria partem pugnant. Nam r. sola via motrix apta est efficiendas cohesiones
elementorum necessarias ad constitutendum corpusculum, vim autem
cogitandi id inequaequaliter praestare potest; cum enim vis cogitandi sit
vis sibi representandi, vires cogitandi diversorum etiam nullo pa-
cto conspirare, ac proprieate neo cohaesionem efficere possunt: qui igitur
usu ei vis foret in elementis? est autem certa philosophandi lex:
nec entia, nec qualitates entium multiplicandas esse sine necessitate,
nec causas statuendas; quarum effectus in natura nulli apparent.
2.) Nullum omnino vestigium cogitationis umquam in corporibus de-
tegero liquit, quin potius; quae in, et de illis experimur, solo motu
perficientur; aut enim corpus motui alterius resistit, eumque infringit,
aut ipsum moveatur, vel mutationem quamplius aliarn subit, quae
rursus motus efficitur, cum corpus sit ens composite (ont. §. 116.):
verbo denique omnes corporum proprietates per motum, vel per ni-
sum, et conatum ed eundem exponi possunt, ut physici norunt: igitur
vis elementorum est tantum vis motrix.

Coroll. 1. Elementa igitur sunt entia simplicia materialia, et ideo re-
ete a Boscovichio puncta materiae noncupantur.

Coroll. 2. Ruit quoque periglosa Leibnitii opinatio de obscuris
monadum representationibus; nam vis etiam obscure solum re-

praesentandi ad vim cogitandi in tota latitudine sumtam, ut ego quidem eam supra accepi, pertinet.

Schol. (Edipo profecto opus erit, Heracliteaque obscuritatem superat eorum doctrina, qui Leibnitii vestigis insistentes ex vi monadum obscure representativa omnes effectus naturales, quos in mundo corporeo experimur; deducere nituntur, agentes; quae cumque sub experientiam cadunt, mera esse phænomena, seu ita tantum sensibus nostris apparet; extensionem item et motus as- que nihil reale esse in ipsis corporibus, quemadmodum idem de colore, odore, sapore, aliquis id genus qualitatibus hodie physici docent. Certe aut omnia me fallunt, aut haec opinio, absque circuitione ad idealismum dicit. Deinde illane potest esse verisimilitudo, fore unquam ut per vim representativam, qua ens solum tendit ad mutantum statum internum, obtineatur realis loci ad statum enim exteriorum perterritus mutatio. Atque hoc adeo verum est, ut ipse Leibnitius monerit, ex vi monadum representa- tiva nequam solutionem problematicum in effectibus naturalibus occurrentium potendam esse. Qui magis in aberrantia hac Leibnitianorum doctrina erit, aedat dissertationem de spatiis mundi ex invitatione illustrissimae academie berolinensis deducto ex principiis monadicis. N. X., et dissertationem de primariis monadologis capitulo. N. XI., quae cum dissertatione Cl. Justi, quae praemium tulit, anno 1742. Barolini in lucis date sunt.

LII. Vis elementorum non est vis libera. Vis elementorum est tantum vis motrix absque vi cogitandi (§. praece.), sed absque vi co- gitandi ut esse nequit potestas eligendi, ita impossibilis est omnis libera: ergo vis elementorum libera non est.

Coroll. Vis ergo elementorum habens omnibus requisitis; et ablati omni impedimento, continuo effectum producit, id est, motum efficit (ont. §. 146. 152. schol.); atque inde elementa natura sua ad motum determinantur.

LIII. Vis elementorum motum non efficit, nisi data ab aeterno principio celeritate et directione. Infinitas celeritates, et direc- tiones sunt possibles; atque ex his unam aliquam terminatae elegere ad elementum, quodlibetate careat (§. praece.), non pertinet; neque alia in ipso ratio sufficiens determinatas cuiusdam celeritatis et directionis cogitari potest: ergo directio, et celeritas, quae elementum moveat, ab externo principio determinari debet, atque mo- tus sine determinata directione, et celeritate fieri nullo modo potest: igitur vis elementorum motum non efficit nisi data ab externo principio celeritate, et directione.

Coroll. 1. Igitur si elementum quiescat, numquam ex se motum inchoabit, sic contra moveat, movebit in perpetuum eadem direc- tione, et celeritate, nisi impedimentum aliunde adveniat.

Coroll. 2. Atque inde quodvis elementum, quantum in se est, perpe- tuu conservat eundem statum motus, vel quietis, in quo est. Atque

in hoc ego inertiam elementorum repono, quao ut patet, non est proprietas, aut vis distincta a vi motrice insufficiente ad determi- nadam celeritatem et directionem. Vide Blwaldum e S. J. in aca- demia Graecensi Phisices Professorem (*Phy. gen. p. 2. s. 2. art. 8. prop. 4. et 6.*).

Schol. Quae adhuc de vi elementorum dixi, ad ipsa quoque corpora applicanda sint, cum enim generatim collectio virium, quae in en- titibus simplicibus, enti composite conveniat (ont. §. 172. cor. 4.), necesse est, ut vires etiam elementorum collectae unam velut vim in corpore constituant. Gaudent igitur corpora vi motrice: verum non libera, ac proinde ipsa quoque natura sua ad motum determi- nata sunt: neque tamen ob in potentiam naturalem determinatam quandom directionem, et celeritatem eligendi aut motum de se unquam inchoant, aut in motu constituta directionem, vel cele- ritatem mutant: quare inertia quoque sunt. Quod si praeterea cum Cartesians contendat corpora esse *indifferentia* ad motum, vel quietem, et istud certo quadam sensu dari poterit. Sunt nempe corpora ad motum, velquemque *indifferentia*, quatenus ex natura sua hanc vel illam, aliquam potius quam nullam directionem, et celeritatem a principio exterior non postulant, quemadmodum ignis etiam simili ratione ad urendum, vel non urendum indifferentes dici potest, cum ex se applicationem ad rem, quae comburi possit, non exigat; verum ut ignis applicatus necessario urit, ita corpus posita externa celeritas, et directionis determinatione necessario moveretur. En quae belle virium insistarum hypothesis (si tamen ea hypothesis dicenda sit) cum perulgata de inertia, ac indife- rentia corporum opinione cohæreat.

At vero in eo jam versatur quaestio, unde eae determinationes in na- tura ortum habeant? hanc in rem nihil et rationi, et phænomenis magis consonantem dici posse videtur, quam illud sit, quod a vi- ro clarissimo Boschovichio acceptimus. Agunt nimirum elementa certis intervallis disjuncta in se mutuus, atque pro horum intervallorum ratione jam ad mutuum accessum, jam ad recessum se invi- cem determinant; unde eadem vis motrix modo *attricticis* modo *repelliticis* cognomentum soritur. In majoribus quidem distantiis sola force attractio agit, unde gravitatis phænomena physici re- petunt; in minoribus vero intervallis alternae sent vices accessus, et recessus, dum distantiis in infinitum immunitis in infinitum quoque crescat vis repellens, quae omnem contactum in natura excludat. Ubi denique ab repulsione ad attractionem transit, limites quidam sunt, ad quos si elementum appulerit, nec recedere, nec acci- dere potest, quod cohaesiōne explicandae inservit. Atque hie agendi modus *Lex virtutum* ab auctore compellatur, quae per curvam geo- metricam continuum ipsis velus oculis intuenda sis; potest; et mi- ro compendo explicandam effectum naturalium promovet. Sed haec jam sunt fori physici: qui uberioris instrui desiderat, aedat ipsum fontem (*Theophil. nat. p. 1. §. 10. seqq. Dis. de leg. con.*

lin. aut physicam generalem auditorum usibus accommodata a Leopoldo Biwald typis Graceiensibus anno 1767. vulgatam (*P. 2. sect. 1.*), in qua, quidquid eruditus, et solide hac de re dici potest, summa industria enucleatum inventet.

ELEMENTA SUNT SIMILIA.

LIV. *Nihil obstat, quo minus elementa putemus interne perfecte similia esse.* Imprimis enim principium indiscernibilium Leibnitii jam refutatum est (*Op. §. 76.*). Deinde tam ex naturae simplicitate, quam ex phenomenis colligimus eamdem virium legem pro omnibus obtinere, ut Boschovichius probat (*Theor. phil. nat. p. 1. §. 92.*); quo confitetur eamdem specie vim motricem eodem modo agentem in omnibus inesse. Denique, cum omnia sint entia simplicia (*§. 46.*), eadem simplicitas, ac inextensio omnibus communis est; aliud vero praeterea, in qua inter se discrepant, singulis convenire, ne conjectura quidem, assequi possumus.

Schol. Leibnitio a dissimilitudine corporum sensibilium argumentanti egregie respondet Boscovichius (*Loc. cit. §. 95.*): quod attinet ad inductionem, quam Leibnitiani desuntur a dissimilitudine, quam obseruamus in rebus omnibus, cum nimis nra quidem ex. gr. in amplissima silva reperiuntur sit duo folia prorsus similia, ea sane nihil mouet; cum nimis illud disertamen sit proprietas relativa ad rationem aggregati, et nostros sensus, quos singula materiae elementa non afficiunt vi sufficiente ad excitandam in animo ideam; nisi multo sint simil, et in mole maiorum exrescant. Porro scimus utique combinationes ejusdem numeri terminorum in immensum ex crescere, si ille ipse numerus sit aliquanto major. Solis 24 litteris alphabeti diversimodo combinatis formantur voces omnes, quibus huius usque usa sunt omnia idiomata, quae existerunt, et quibus omnia illa, quae possunt existere, uti possunt. Quid si numerus earum existeret tanto major, quanto maior est numerus punctorum materiae in quavis massa sensibili? quod ibi diversus est litterarum diversarum ordo, id in punctis etiam prorsus homogeneis sunt positiones, et distantes, quibus variat utique forma, et vis, quia sensus affectus in aggregatis. Quanto major est numerus combinationum diversarum possibilium in massis sensibilibus, quam earum massarum quae possunt observare, et inter se conferre, (qui quidem ob distantias, et directiones in infinitum variables, praescindendo ab aequilibrio virium, est infinitus, cum ipso aequilibrio est immensus); tanto major est improbabilitas duarum massarum omnino similium, quam omnium aliquantisper saltem inter se dissimilium (*§. 97.*). — Pater igitur, varietatem illam a numero pendere combinationum possibilium in numero punctorum necessario ad sensationem, et circumstantiarum, quae a formationem massae sunt necessariae, adeoque ejusmodi

inductionem extendi ad elementa non posse. Quin immo illa tanta similitudo, quae cum exigua dissimilitudine commixta inventur in tam multis corporibus, indicat potius similitudinem ingentem in elementis. Nam ob tantum possibilium combinationum numerum, massae elementorum etiam penitus homogeneorum debent a se invicem differre plurimum, adeoque si elementa heterogenea sint, in immensum maiorem debent habere dissimilitudinem, quam ipsa prima elementa, ex quibus idcirco, et tantum quidem, similes provenire deberent. — Denique eleganti exemplo, quod praesterre nequeo, rem totam illustrat (*§. 98.*). Fieri utique possent nigricantes litterae, non ductu atramenti continuo, sed punctulis rotundis nigricantibus, et ita parum a se invicem remotis, ut intervalla non sine opere microscopio discerni possent, et quidem ipsae literarum formae prototypi fieri possent ex ejusmodi rotundis sibi proximis cuspidibus constantes. Concipiatur igitur quaedam Bibliotheca, cuius omnes libri consistent litteris impressis, ac sit indubitate in ea multitudine, librorum conscriptorum linguis variis, in quibus omnibus forma characterum sit eadem. Si quis scripturam hujusmodi, et linguarum ignorans circa ejusmodi libros, quos omnes a se invicem discrepantes intueretur, observationem institueret cum diligenti contemplatione; primo quidem inventeret vocem farragineam quandam, quae voces in quibusdam occurserent saepè; cum eadem in aliis nusquam apparet, et inde lexicu posset quedam compondere totalem numero, quod idiomatica sunt, in quibus singulis omnes ejusdem idiomaticae voces representerunt, quae quidem numero admodum pauca essent, discrimine illi ingenti tot, tam variorum librorum redacto ad illud usque adeo minus discrimen, quod continetur lexicis illis, habetur in vocibus ipsa lexis constitutibus. At inquisitione proneta, facile advertebitur, omnes illas tam variae voces constare ex 24, tantummodo diversis litteris, discrimini aliquid inter se habentibus in dicta linearum, quibus formantur, quarum combinatio diversa pareret omnes illas voces tam variae, ut earum combinatio libros efformaret usque adeo magis a se invicem discrepantes. Et ille quidem si alius quodcumque sine microscopio examen institueret, nullum alium inventret magis adhuc simile elementorum genus, ex quibus diversa ratione combinatis orientur ipsae litterae; et microscopio arrepto intueretur utique illam ipsam litterarum compositionem et punctis illis rotundis prorsus homogenes, quorum sola diversa positio, ad distributionem litterarum exhibetur. Denique ita concludit. Haec multi quedam imago videtur esse eorum, quae certum in natura. Tam multa tam variis illi libri corpora sunt, et quae ad diversa pertinent regna, sunt tamenque diversi conscripta linguis. Horum omnium chemica analysis principia quedam inventari.